

ed.

S

I



ed. 32e, 26.

V c

3642

29.

Deo Adſtente

Inclutāq̄ Facultate Philosophicā
annuente,

SERENISSIMI, GLOR. RECORD.,
SAXONIÆ ELECTORIS

JOHANNIS GEORGII I.
VITAM

breviter adumbratam.

P. P.

M. Gottlob Friedrich Seligmann/
Zittavia Lusatus,

&

JOHANNES Grisch / Zwicca. Misn.
Philos. & Bonar. Art. Baccal.

Ad XVI. Cal. Octobr. Anno M DC LXXVI.

H. L. Q. C.

25.

LIPSIÆ

Literis JOHANNIS GEORGII.

69

28.



V I R I S

Magnifico, Maxime, Plurimumq; Reverendis, Excellentissimis, Amplissimis, Praclarissimis

Dn. Dn. Dn.

DNO. FRIDERICO RAPPOLTO,

SS. Theol. Doct. & Prof. Publ. famigeratissimo, Canonicus Zicensis, Alumnor. Elect. Ephoro, Nationis Misericordie Seniori, Maj. Princ. Collegii Collegiato.

DNO. VALENTINO ALBERTI,

SS. Theol. Licent. Ejusd. Prof. Publ. Extraord., Metaphys. & Dialect. Ordinario Celeberrimo, Facult. Philos. Adfess., & Colleg. B. Virg. Collegiato.

DNO. ZACHARIAE Seligmann /

Philos. Mag. & Eccles. Zittaviens. Archi-Diacono fidelissimo,

Dominis Patronis, Praeceptoribus, Hospiti, Parenti, ac Promotoribus suis

filiali cultu atque observantia
ætatem devenerandis,


quo ulteriori Eorundem favori se
commendet

quâ par est submissione
specimen hoc qualemque
S.

IPSORUM

Obsequiosiss. Discipulus, Filius,
Cliens

M. G. J. Seligmann.



I. D. T.

PRÆLOQVIUM ad LECTOREM.

Conservatoris *a)* Lufatiæ vitam, annus est, cum ex
hâc Cathedrâ proponerem. Licebit igitur ejus
sdem Recuperatorem hâc vice in quantum vi-
res ingenii patientur, considerare pressius. Frustra
vero quidquam tantô HEROE dignum à calamô ex-
pestatib[us] tenui. Exercitium est, cui tribuitur opera.
Tentantur igitur vires, non ostentantur. Neque etiam,
quæ adduci potuissent, omnia hîc reperies. Plurima
attigisse mihi satis erat. Favebis propterea suscepto
benevolè. Tu vero, Deus O. M., dirige conatum, quô
in Tui nominis cedat gloriam. Fiat igitur

*a) Friderici Admorsi sub Præf. Viri Pl. Rev. atque Excell. Dn. L. Al-
berti Patr. & Præc. N. colend.*

THES. I.

JOHANNES GEORGIUS I. SAXONIÆ
ELECTOR GLORIOSÆ RECORDATIONIS SERE-
NISSIMUS, illustrissimâ ex stirpe Saxonica primam
trahit originem.

Ἐκθεσις.

A prosapiâ initium sumimus, quod ea futuræ indolis indi-
cium fortassis haud inane suppeditet. Sit namq[ue], Magna-
tum degenerare Filios, è casâ tenui oriri lumina nec perpe-
tuum id est, nec sine educationis vitiô adminiculôve fit. Hæc si
quidem, Poëtâ canente *a)*, vim promovet insitam, roboratq[ue] pectora,
cum, utcunq[ue] defecere mores, dedecorent benè nata culpæ. Qvò proin-

A 2

splen-

splendidior prosapia, eò illa cedet felicior. Qvî enim fieri possit, ut *Natalium* splendor industria minuat, qvod Verulamii adseratum est b) eqvidem non videmus; eôdem exaugeri potius laborum cupiditatem persvasi. Ornamenta certè atq; exempla tot prosapiæ domestica, qvemq; ex eâ oriundorum, si rectè proponantur, qvin dignissimè informent c), dubitamus nulli. Qvibus ponderatis: de Johanne Georgiô nostro vel modo in lucem editô, nil nisi optima speranda erant, prosapiam qvoties respiceres, qvam adauerturus erat, tām illustrem. Transeant, qvas de antiquitate movent lites eruditi. Qvorum à Witekindô M. alii, qvin & Arthariô ipsam d) deducunt, eoq; modô, ut velut ab hoc ad illum viginti tres, sic ab illo ad nostrum totidem numerent gradus e). Communisq; hæc est sententia, communis inde traditionis nomen f) fortita. Alii dubitandi ingrediuntur viam. Qvos inter Dominum Conringium nominare liceat, qui Serenissimam hanc familiam ex stirpe Witikindæ oriundam perincerto dici posse adserit g). Addimus Oldenburgerum ad sensum id adfirmantibus denegantem; qvorum tamen hic diffiteri haut potest, nihil secus adeò antiquam esse hanc familiam, ut rerum omnium Germanicarum memoriam superet h). Nobis sufficiat, vel in proximis saltim à Nostro Electoribus illustrem ejus perspicere celebritatem. Albertum videamus, Nostri Abavum, qvibusdam ille Teutonicus Hector, Rolandus aliis, ipsis Principibus Imperii dextra, ob res egregiæ gestas, audiit i). Mauritium ac Augustum, Avum, Avique Fratrem spectemus, in ipsis Romanorum Julium Augustum que, Imperatores celeberrimos, aptâ comparatione nobis sifit Laurentius Faustus k). Christianum Patrem mox cernemus Magnanimitate clarum. Ad tot virtutum heroicarum adspectum, qvidni incalceret Filius, Nepos, Abnepos, qvò haud absimilem futurum monstraret æmulatio l)?

a) *Horat. L. IV. Od. IV.* b) *Serm. Fid. XIV. m. f. 1160.* c) domestica dignius informare exempla, ad Ludov. XIV. Gramond. verba sunt in Dedic. Conf. verba Pierri de Lancre ap. Limn. in A. B. ad c. XXX. §. 2. Obs. V. d) à Witekindô M. deductam Oldenburgerus legend. dat in enucl. Limn. P.I.L. III. c. 23., deducit & Magnif. Ziegl. Disput. de Sing. Seren. Sax. Elect. Emin. c. 1. §. 1. Item Nobil. Stranchius de Controv. Illustr. famil. Disp. XI. §. XI. p. 327. ad Artharium usq; progressus est Dn. Spenerus Syllog. Geneal.

neal. Hist. p. m. 108. e) Dn. D. Wellerus p. m. tum concionat. aul. in personal. p. 207. f) Sic vocat Dn. Spenerus cit. loc. It. Oldenb. c. l. g) Adnot. ad Lampad. P. III. c. V. §. 18. p. 183. h) loc. jam citat. i) Buchn. Paneg. Fun. Orat. V. p. m. 128. Conf. Dn. Spen. Syll. p. 127. k) In der Erklärung des Fürstl. Stammbaums zu Sachsen / p. 262. l) Liceat sic applicare Gramondi ad Lud. XIV. verba in Dedic. reperienda.

THES. II.

Patrem natus est Christianum I. Magnanimum Lenemque. Nativitas III. Nonas Mart. auditâ jamjam horâ vespertinâ X. A. O. R. M. D. LXXXV. haud fortean sine omni incidente.

Euseb.

Patris Magnanimitatem magnanima probant consilia, quibus ad majora aspirare videbatur a). Summa tamen illam commendabat lenitas, sed Crypto-Calvinianorum abusui exposita b)? Oderat eqvidem Princeps Calvinismum, adeò, ut, cum sub Elektoratus initium in Gynacéô Catechesin quandam ejus dogmata continentem reperisset, eandem suâ manu combureret c). At enim bilingues existebant & falsiloqui, qui ad illustrissimum suum Magistratum verbis quidem speciosè jaclabant, quin etiam juramentis temerè conceptis adseverabant, se puræ ac invariatae Confessioni Augustanae, contra omnes corruptelas, aut fanaticas opiniones, tam Calvinistarum, quam aliorum Sectariorum, esse addictos: qui tamen postea deprehensi sunt, quod dogmata falsa & erroneas Sacramentariorum opiniones occultè foverint, & per suos complices fraudulentis nolis & machinationibus furtem invehere insciog̃ ordinariō suō, ac divinitū constitutō Magistratu disseminare ac propagare totis viribus contenderint d). Atq; sic uti Augusti, sic Christiani quoq; I. tempore, se exerebant. Augusto facessivere negotium Cracovius & Peucerus, carceri postmodum mancipati e). Crellius vero cum consiliariis quibusdam ferè primariis Christiani sub nomine contra religionem expedit multa. Initium ab exorcismō fecit, quem tanquam rem adiaphoram, in casu certè confessionis non adiaphoram f), sustollī voluit g). A partibus ejus Pierius Witebergensis, Gundermannus Lipsiensis ac Salmuthus Dresdensis stetere h). Qvos adversarios habebat, aut negando iis objiciebat glaucoma, aut eosdem, quocun-

que modo poterat, removebat i). Sed hæc ex voto dum geruntur, moritur Christianus, pereunt Crellii suscepta k). Pridie n. exeqviarum. domui suæ eum in modum tenebatur inclusus, ut nec de suis quidpiam ipsi attingere licuerit. Idem adhærentibus quoq; contigit, sed plerisq;, celebratis jam exeqviis l). Omnes verò paulò post carceribus traditi in Torgaviensi conventu ab ordinibus accusabantur. Ægrotanti tamen Crellio, exorante id ejus Conjuge, domestica conceditur custodia m). Res longius protrahitur, morâq; hâc captivorum quidam eò, ut renuncient, compelluntur n). Visitatio demum instituitur, quâ, qui propositis subscribere nolebant articulis, ab officio removentur. Prolixum foret recensere omnia. Exacto demum decennio capite truncatur Crellius. Causa mortis tam violentæ non in pertinacia, sed aliis potius facinoribus rectè queritur o). Ansam alias inde calumniandi sibi sumere Calviniani possent, quam è Peuceris captivitate hausit Hornbeckius. Sævitum in eum esse adferit; sed ad causas incarcerationis (ut loquitur) à se recensitas respondet nihil, nisi frustra respondisse Peucerum. Causam ab Electore Imperatori propositam exagitat p) qf. verò à primario quodam Ministro, id requiri non possit, ut idem cum Principe suo in religione sentiat: metuendum alias cum sit, ne totus ab eo populus seducatur. Tot dabant hi bilingues ac falsiloqui tumultus. Qvos inter primâ frui aurâ cœpit Johannes Georgius, horâ, die, anno quæ dicto q). Omen inde, si forte quodpiam à nativitatist tempore sumendum, bellorum ipso Duce gestorum posses capere. Movet hæc ratio, quod ipsa religionis gratiâ suscepta sint.

a) Spen. cit. Syll. p. 132 Conf. Dresser. Isag. Hist. p. 982. b) Bonum itaq; imperium licet nulla vis lœdat, Forstn. ad Tac. l. XII. c. 19. cit. Dürr. Eth. Par. p. 344. lœdunt tamen fraudes. c) refert M. Lystenius in lit. Protestat. quas vid. in contin. Sleid. p. 748. l. 9. sub anno 1591. d) sunt verba Seren. Christiani II. in Progr. Form. Conc. præf. p. 2, cit. & ipsa Dn. Dannh. Myst. Syncr. p. 89. e) Dn. Spen. c. l. p. 132. f) B. Dn. D. Kromay. Hist. Eccles. Cent. 16. p. 623. g) Dress. cit. Isag. p. 983. Conf. contin. Sleid. p. 747. l. 9. sub ad 1591. h) Hic idem c. l. i) Matth. Dress. p. 983. Isag. k) annus mortis est 1591. in quô ponendô non differunt Aut. dies v. Sleid. Contin. 7. Cal. Octobr. p. 750. It. D. Bertram. in Chron. Johann. Georg. p. 4. 5. Cal. Octobr. Dressero est p. 984. vid. Dn. Spen. p. 132. c. l. l) Sleid. contin. p. 753. 755. m) id. c. l. p. 760.

p. 760. n) Idem p. 763. de Visitat. vid. 768. o) Dn. Spen. p. 23. c. l. It. 133.
o) Summ. Controv. l. 9. p. 656. 657. p) Dn. D. Weller. pers. p. 225. Dn.
D. Bertram. Chron. s. p. 1. Prog. invit. Lips. fun. Petrus Bert. Prof. Lugd.
dein Paris. l. 2. Comment. rer. Ger. p. 317. M.. Lungwit. Admir. Div. Sax.
L. 1. c. 1. p. 6.

THES. III.

Patre demortuô subtutore & Administratore Fride-
ricô Gvilielmô, Altenburgicô, ætatem exigit primam.

Εκθεσις.

Septimum agebat annum Johannes Georgius, cum Patre
orbaretur, & octavum vix excefferat Christianus II. Fratum
Major, Paternæ dignitatis hæres, tertiumq; modò attigerat natu
minimus Augustus a). Tutore igitur iis & administratore opus e-
rat. Iden. Aureæ Bullæ Tenor & rerum publicarum poscebat cura.
Ille sic habet: *Si Principem Electorem vele ejus Primogenitum aut Filium Se-
niorem laicum mori, & hæredes masculos legit mosq; laicos, defectum etatis
patientes, relinqueret, tunc frater senior ejusdem primo-
geniti Tutor eorum & Administrator existat b).* At in seniorem de-
mortui Parentis Fratrem devolvi hæc Provincia non poterat, qvod
reliqui omnes, qvos Augustus genuerat, solô hòc superstite jam-
dudum obierant. c) Quem itaq; tutoris sustinere vices hîc dece-
bat? Non ignota aliàs controversia est, qva qværitur: Num & te-
stamentarius dari Tutor queat Electoribus? *Tutelam occupanti conce-
dit & idoneo natura. d)* Alia regni cujusdam imperii ve ratio, qvod
ad leges respiciat suas necesse est: Num per has libertas Parentibus
relicta, num restricta sit? Disceptatum hâc de re inter Neoburgicum
& Bipontinum, cum Fridericus V. Palatinus minorenne esset. e) Lege datus
Neoburgicus fuit, testamento Bipontinus. Pro hòc Marvardus
Freherus & Dionysius Gotofredus, pro illô, Johann Zeschlinus,
Zacharias Friderichus & Jac. Lampadius. Defertur Rudolpho Impe-
ratori dijudicanda controversia, sed sine Electoribus non suscipit.
Interveniunt interea, qvæ obstaculo sunt, haud pauca, ipsaq; de-
mum Friderici majorenitas. Qvò factum ut nondum sit decisa.
Pro Neoburgicô 5. Tutore legitimô acriter pugnat Anonymus qui-
dam, omnia ad adversariorum respondens argumenta. Nos, cur
huic inhæreamus controversiæ non est, qvibus qvid hîc agendum
Bulla svadet Sigismundi, qvæ ad proximum deferri agnatum tu-
telam



telam jubet. f) Itaq; nec invitô Patre moribundô nec subditis dissentientibus, g) Friderico Gvilielmo Altenburgico concreditur, cuius in religione sincerâ ardor contra Crellum & complices agendô adparuit; nec minor tamen in expediendis rebus Reipubl. salutaribus aliis sedulitas in eô conspicienda fuit h): Adstitit ipsi Johannes Georgius Elector Brandenburgicus, Avus maternus, Princeps summæ fortitudinis, pietatis non minoris. Horum sub curâ dum cum Fratribus viveret noster, quid institutio possit, expertus est. Omnia hausit pietatis fundamenta, omnia Principe digna ponderavit & excoluit ornamenta. In primis exercitia quoq; ad militiam præparantia Pietatis Musarumq; Studiis admisit i) Discendum namq; militi in otio, quod proficere possit in bellô; nec animos subito ad arma erigunt, nisi qui se ad ipsa idoneos præmissâ exercitatione confidunt. k)

a) Cristianus enim II. anno 1583. 9. Cal. octobr. Augustus an. 1589. 7. Id. Sept. erat natus. Dres. Isag. Histor. p. 984. b) A. B. T. VII. c) Dresserus Orat. Fun. Christ. hab. Isag. adn. p. 1052. Conf. Cl. Dn. M. Weis. Fluger Hofmeister Hist. Sax. n. XIV. d) Grotius 2. 22. 12. de I. N. G. e) Videri hac de controv. potest Celeb. Dn. Conr. ing. Adn. ad Lamp. P. III. c. 4. §. 24. 25. Conf. Excell. Dn. Mencken. Adn. ad H. O. P. p. 191. 192. f) Limn. ad A. B. c. VII. §. 2. obs. XX. Conf. Anon. lib. de Octovirat. c. XXVII. §. 6. p. 580. 581. sq. g) Dn. D. Wellerus Pers. p. 226. h) Dn. D. Spen. Syll. p. 122. 123. & 133. i) Buchn. Panegyr. fun. Or. V. p. m. 133. sq. k) Dn. D. Schmidel. Observ. ad Dissert. III. Clariß. Boxhorn. p. 219.

THES. IV.

Miram postmodum Dei benignitatem experitur, cum in itinere gravi liberaretur morbô, in Albi è præsentissimo eriperetur vitæ periculô.

Enthousias.

Variis itaq; haec tenus tantoq; Principe dignis litaverat Studiis, cum peregrinandi in eo se ardor exereret. Non enim suos tantum, sed & alios nosse ac intelligere affectabat, cum sciret, ut terras diversis dotibus, sic populos quoq; moribus differre. a) Qvos dijudicare posse, quantum Principi conducat, negotia qvi intelligit publica, facile videbit. Ideò enim fortassis reservatum qvs. qvodpiam Principum locis in nonnullis est Peregrinatio, eorumq; in arcanis, qvæ domin-

minationem spectant, habetur. b) Italiam itaq; petiit, planicie-
bus eqvidem, montibus, vallibus, castellis, civitatibus, amphitheatris, templis, palatiis, columnis, hortis aliisq;, qvæ omnia si-
ne fructu ullô Neapolitani cujusdam Filius viderat. c) conspi-
cuam. *Sanctorum* tamen qvoq; virtutum exemplis pejorumve facinorum
magnam, ut de eâ quod quidam de Atticâ dicebat, nullibi vel atrocio-
rem cicutam esse, vel svauius apes exactis digestisq; floribus cellas implere d)
meritò dicas. Ad ista verò discernenda, qvæ fingendo Principi &
omnibus virtutis officiis instruendo necessaria erant, e) fideliter hausta sa-
tis eum præparaverant. Anno proinde 1601. 16. Cal. Febr. co-
mitibus (hos enim & à qvovis peregrinante Verulamius f) poscit)
Rudolpho à Witzthumb / & Christophoro Rudolpho ausm Windel
(qvibus 9. Cal. Febr. se adjunxit Salfeldia Georgius à Nifwiz, pri-
mam veluti solvit ancoram. *Romam* venit indulgentiarum agente forum
Clemente VIII, & simplicitati populi indoluit, qui emeret care, quod pænitent-
tibus gratis patet g) Omne autem hoc iter tenui sub vestimento tu-
tiùs expedit, donec Mediolani gravi morbo opprimetur. Id cum
subiret periculi, premitur maximè. Medicorum frustra solicitat
subsidiū, veniam à Confessionariis nondum acceptam præten-
dentium. Accedit hospitis receptaculum ipsi denegantis importu-
nitas. Qvæ certè omnia adsumptum Schema detrahere ejusq;
dignitatem patefacere poterant. Sabaudus Asylum qvasi qvoddam
ipsi est, qvò confugiat. Eum adire jubet suos, utpote sibi stem-
mate Witikindæ conjunctum, quo Medicos aliaq; necessaria ab
ipso impetrent. Defertur petitis, licet & Augustâ dein accederent,
qui sublevarent morbum. Quem itaq; tam promptum habebat ad-
jutorem, qvò minus & meritò motus & precibus Versellis salu-
taret, intermittere non potuit. Tametsi verò à Pontifice, sveta
ipsi tūm temporis mitterentur dona, Romam tamen, qvò ab ipso
ut veniret invitabatur, redire noluit, valetudinis gratiâ domum
properandum esse respondens. Summo etiam cum gaudio à suis
vix exceptus erat, cum Albim navi transiens incenso per incuriam
pulvere pyrio in fluviū præceps daretur, qvæ tamen eum hastenus
fæpè numero eruerat variis è periculis, jam è vitæ præsentissimo
qvoq; eripit divina benignitas h). Istiusmodi siqvidem in infor-
tuniis singulari qvodam gaudere videntur beneficio Principes
præ aliis, Principes, qvorum vita, vita populi est, i) dum ejus pro-

B

alute



salute & vitâ excubant. In his utpote *miraculis* suis *Ethicis* k.) mirabilem quoq; se Deus in primis exhibet. Conferas nonnunquam pericula cum liberatione, hæc rationem excedet tuam. Innumera adduci possent exempla. Respiciamus modò Mauritium Ducem *Saxoniæ*, sedecim annorū juvenem: Is progressus è castris unicò comitante *Satellite*, cum in *Turcas* aliquot incidisset, manus conserit, & equò confuso in terram effunditur. Ibi famulus, quem dixi, genere nobilis, corpore totô super incumbens jacentem protegit, & tanti per illos demoratur atq; sustinet, donec equites superveniunt, qui Principem eriperent. l.) Plura cur coacervemus non est. Probat id nostrum satis in nostro Johanne *Georgio*, quem tam feliciter evasisse mirare, Deoq; age gratias, quod fulcrum hoc Ecclesiæ servare voluerit.

a) *Buchn. Orat. Fun. cit. p. m. 134.* b) testatur *D. Schmid. Obs. ad Diff. II. Boxh. p. 198.* c) *Besold. L. II. c. 1. Polit. p. 555.* d) *Barcl. Ic. an. c. 6.* e) *Camer. Hor. Subcif. Cent. III. p. m. 182.* f) *Serm. fid. XVIII. f. m. 168.* g) h) *Omnia hac Buchn. cit. Panegyr. p. 135. 136. sqq.* It. *Dn. D. Wellerus Pers. 227. seqq.* Dn. *D. Bertram Chron. Joh. Georg. p. 7. seqq.* It. *M. Lungavit. admir. Div. Sax. L. I. c. II.* i) *Gram. XII. lib. p. m. 563.* k.) ad pellat nomine hōc *Heroës Exc. Thom. adn. ad Tab. Eth. CXXIV. N. 4.* quantum vero in Regibus miraculum tot capita obedire uni? *Luth. Tom. 7. Jen. p. 79. f. 2.* cit. beatiss. *Dn. D. Dannh. in Θεοῖς Θεαρχίαις p. 27.* l) *Sleidanus L. XV. p. m. 416. sub anno 1542.*

THESIS V.

Ad capeſſendam Martisburgenſium Infularum administrationem postulatus, ut ordinum audiret Sacramentum 7. Id. Maj. An. 1603. eò ſe confert.

Enītēs.

Inter eos hic Episcopatus eſt, qvos jure territoriali jam tūm ante 65. sup. Sec. annū Saxon. Principes ſibi vendicabant a) Motam de eo ſibi controverſiam exploratā ſatis poſſeffione, qvā hominum ultra gaudebant memoriam, refutabant. Nec deerant tamen aliæ id juris demonſtrandi rationes. Ipsi, qvibus eò usq; ad ministratus erat. Episcopi pro Patronis agnoverant atq; Advocatis ſuis hosce Principes. Conventibus interfuerant Provincialibus, concluſa dein domi executi. Hę, qvæq; aliæ adducebantur rationes, ſatis, qvam probare debebant, probabant ſubjectionem b)

Pri.



Primam autem ejus Episcopatus originem si adnotare hic licet, debet eam Carolo M., ampliationem acceptam fert Henrico Aucipi, ultimamq; hujus Filio Ottoni constitutionem. Episcopi cum Administratoribus ad nostrum usque Johannem Georgium 49. à Dressero c) numerantur. Inter quos & avus hujus & Pater est: quorum ille ad ea, quæ Politicam requirent curam, observanda, avertendaq; varia pericula an. 15+4. vocatus d) administrationem hanc suam in sequenti 66. anno inchoavit; hic verò an. 1586. ipsi de mortuo successit: quem excepit noster. Annum hujus si videas à Dressero positum e) dissentire ab ipso videbimus, qui, nec sine Duce, f) 1603tum indicavimus. At illi fortassis de electione sermo est; quanquam negari non possit, eum restrictionem haud ullam addere, quod tamen in jam nominatis fecerat. Nos verò de quo loquamur, facile pervidebit, qui rationem itineris Martisburgici à nobis additam, quam audiendum diximus esse Sacramentum, respicit. Initium ipsius nimirum administrationis significamus. Conciliationi ansam Buchnerus g) suppeditat, qui, ubi ad Oratores Merseburgensium, quibus ad capessendas insulas invitabatur, pervenerat ipsum iis dudum delectum fuisse, adnectit. It itaq; Martisburgum statuto die, expeditisq; atq; ordinatis rebus in Fratris aulam se recipit. h)

a) Cel. Dn. Conring. adn. ad Lamp. P. III. c. VI. §. 6. p. 211. Conf. Nob. Strauch. Disp. illustr. Exot. XI. §. 12. pag. 328. seqq. b) Hic idem cit. iam l. c) Et Originem Episcopatus & numerum Episcoporum habet Isag. Histor. sub Episcop. Merseburg. p. m. 90. d) Consentit cum Dresserò Spenerus Syll. p. 131. e) Ponit 1592. c. l. p. 908. f) ist, D. Bertram Chron. Joh. Georg. sub an. 1603. g) Orat. Fun. V. p. m. 139. h) Redi- tum idem ibidem adnotat.

THES. VI.

Matrimonio sibi jungit primum Sybillam Elisabetham, Principem Wirtenbergicam; dein Magdalenam Sybillam, Brandenburgicam: illam anno 1604, 16. Cal. Octob.; hanc anno 1607, 14. Cal. Aug. a).

Ex deo.

Paucis inniti videbatur fulcris Domus Saxonica, cum Fratri Majori nulla suscepta haec tenus proles, & per etatem minor nondum maturus connubio esset b): de nuptiis itaq; incidebat deliberatio. Quæ sane quantis sca-

teat

teat difficultatibus, vel illud abundè monstrat, qvod ab eâ salus vitæ
hujus tota dependeat c). Qvoties enim ipsa dum non admodum
attentè suscipitur, qvam gignere debebat voluptatem, in summas
convertit molestias? Eacþ ideo est, qvam inter perplexas prorsus
nodosasq; res nec facile solubiles numerat Rex Angliæ Henricus
VII. d) At Deus ubi exoratur ante omnia, ubi res sine impetu,
sancto tamen & mutuo cum amore agitur e) finistre haud post
cadere occupatissimum hoc humani generis negotium f) Tùm potius vi-
vunt cc ojuges mirâ concordiâ per mutuam charitatem & se invicem ante-
ponendo, qvæ felicitas conjugii Agricolæ cum Domitiâ Decidianâ est
apud Tacitum g). Aliàs illa Principum Matrimonia, qvæ è ratio-
ne Status, qvi qvibusdam summa religio est h). Aestimari solent,
felicem vix nancisci possunt eventum. Præsertim, si eo, qyo Bar-
claji eadem describit i) Meleander, suscipiantur mode. Omnium
nexuum jura, omnisq; sanguinis charitatem in humana necessitas
dum negligit, veræ felicitatis fundamentum, qvod Deus est, qvi re-
spici illa jubet, postponitur. Sed verò cui Christus vitæ Scopus erat
unicus k), qvî sine Deo quidpiam inciperet? Ne impetu qvidem
rem minus caute reputante ad amorem deferebatur eum, quo Prin-
cipem fovebat Wirtenbergicam. Virtutum decor, formæ nitor,
qvem utrumq; in itinere Italico occupatus, Stuckardianam cum in-
trasset aulam, jam tum maximè admiratus erat l), adeò eam com-
mendabat, ut, qvam perpetuo charitatis vinculo sibi jungere pos-
set, statueret dignissimam. Nec decidebat hâc spe suâ, nec ullam
de hoc matrimonio conquerendi ansam nanciscebatur, brevitatem
eius si excipias cum sterilitate connexam. Vix annus, octodecimq;
excedentes septimanæ finitæ erant, cum hanc ipsius dilectissimam
pallida mors sibi manciparet m). Ea est fatorum vicissitudo se invicem
excipientium, ut alternatam seriem malorum dices, quæ variatis iëlibus
mortaliū constantiam oppugnant, qvam suâ quasi mole, nisi resistatur, sta-
tim obruant n). Resistebat itaq; his tristitiax iëlibus vota ad secun-
da transundo. Sed raro secundæ sunt secundæ nuptiæ o). Qvod fortè
Germanorum veterum qvasdam movit civitates ut secundas pro-
hiberent nuptias. Extollit institutum illud Tacitus, Politicorum
Psalterium p) Melius, inquiens, adhuc eæ civitates, in quibus tantum
virgines nubunt & cum spe voti q; uxoris semel transigitur q) Hos inter
Erulos numerat Lipsius, de qvibus memorat; apud ipsos adeò secundo
matri-

matrimonio locum non fuisse, ut uxor maritō mortuō laqueo se se statim juxta Sepulcrum indueret: nisi invisa vivere mallet & infamis r). Verū qvod Scriptura concedit ipsa, illud nec felicitatis expers, nec gloriae laudisq; esse poterat. s) In primis autem cum urgens tantopere ratio, hæredum Saxoniæ deficentium, accederet. Torgaviæ itaq; finito luctū anno cum Magdalénâ Sybillâ Brandenburgicâ solennes celebrat nuptias. Nuptias Rutæ conservatrices. Videbatur ipsa periisse, sed decemplici t) Se exerebat flore, qvi Deum Domui Saxonicæ clementissimum ostendebat.

- a) Dn. D. Well. Pers. 230. 232. Dn. D. Bertr. sub cit. ann. b) Buchn. Orat. V. p. 140. c) vid. Franciſ. Iuſtige Schaubühn I. Theil 4. Vers. p. 588. Conf. ej. p. seqq. d) Verul. Vit. Henr. VII. f. 1000. e) Bœcl. Instit. Polit. p. 37. f) liceat ſic deſcribere nuptias ex Inſcript. Cl. Dn. Weif. Prof. Aug. Cont. N. honcrat. Nupt. Tellero-Hartig. conf. g) Vit. Agric. p. m. 657. h) Franckenſt. sub præf. hab. vid. Diſp. de Caj. & Luc. Cæſar. Obs. I. lit. G. i) c. 15. l. 3. p. m. 350. k) Symbolum hoc Sereniss. Elect. vid. Jd. Bon. Prin. Max. Rev. Dn. D. Hülf. f. 4. l) Buchn. Or. ſæp. cit. p. m. 140. m) D. Bertram sub an. 1606. Chron. Joh. Georg. n) Bugn. Cont. Argen. P. II. L. I. c. VI. p. 5. o) Axiom. Richt. æcon. 57. cit. Besold. c. X. Polit. de Dom. Societ. Spec. n. 18. p) Cl. Weif. Proæm. Diſp. de Car. M. q) De Mor. Germ. p. m. 640. r) Adnot. ad Tac. p. m. 556. s) Bœcl. Instit. Polit. p. 25. t) Dn. D. Well. Pers. p. 234.

THE S. VII.

Serenissimo Fratri Christiano adsistit, ac inopinâ morte his terris erepto succedit, & paulò post Vicarius Matthiam eligit.

Ex Pois.

De manu in manum tradebatur, qvam in Vulcani & Prometheus Ludis primus cursor accendebat faculam. Ecquid aliud scepirum regium, qvam ejusmodi facula, qvæ ab uno successore transit ad alium? Ut vitam qvam quisq; à Majoribus accepit, vicissim qf. tædam ardentem posteris tradit a), Sic ab iisdem qvam nactus est purpuram alii moriens relinqvat, necesse est. Ne itaq; ſola hæc ſuperfit memoria, qvod fuerit, ſed etiam qvod Reipubl. de optimo ſuccelfore prospexerit, consultum erit, eundem ad negotia admittere publica, qvò iis expediendis ante ſucepta ſceptra adſvetus, ubi, adeptus

adeptus fuerit, gestare possit facilius, felicius. Fit hoc pacto, ut licet optimè regat suos subditos, optimus inde cum Nervâ audiatur. Meliorem se nihilo secius relinqueret studeat b). Quæ certè cerior laude dignum se præstandi subditis ratio præ eâ est, quam Augusto nonnulli tribuunt, quod nim. ne Tiberium quidem caritate aut Reipubl. curâ adsciverit, sed quoniam arrogantiam servitamq; ejus intropexisset, comparatione deterrimâ gloriam sibi quæsiverit c). Nam sane gratulari sic Reipubl. nemo poterat, de Præside sapientiâ & solertiâ conspicuo, velut ipso Augusto rerum summam suscipiente eidem gratulandum esse censebat Florus d). Hanc igitur ut rejiciebat rationem Christianus II., sic illam eligebat. Admittebat scil. ad arcana quævis consilia Fratrem, quem, quoniam annus erat e), Sibi, si ille superstes foret, successorum noverat. Sic enim Aureæ Bullæ tenor f) primogenito deficiente, eiq; destituto liberis secundo genitum sufficit. Et non tantum admittebat, sed maximi quoque momenti res curæ ejus commendabat. Quas cum domi ita expediret omnes, ut quicquid susciperet, succederet feliciter, Electorum ad conventum Mülhusii institutum nomine Fratris Electoris anno 1611. alegatus est, sed mors hujus inopina g), quâ 9. Cal. Jul. terris hiscriperebatur, ab itinere ipsum revocat, utq; Electoratum suscipiat, monet. Cujus fasces utpote jam antedhâc gestos nullam sibi peperisse molestiam ingenuè fassus est h). Suscipit igitur eosdem & omne sub ornamentis Electoralibus quod latet onus, gratulante de eodem ipsi Rudolpho Imp. i), imponi sibi patitur. Quod tamen summa, quâ præ ceteris, si Palatinum excipias, Saxo fruitur, Vicarius prærogativa k) semestri vox clapsō excipit, cuius susceptionem publico intimat diplomate l), in quo commemorat, Rudolphi mortem, debitamq; inde sibi Imperii administrationem. De hâc si Grotium m) evolvamus eandem per Italiam potestatem Pontifici tribuit. At unde jus Papæ à Germanis concessum n), unde illa tunc temporis obtinens Rom., ut vocatur, populi libertas o) probatur? Nostrum Vicarium Lex A. B. constituit; an cum eâ saltim tali jure gaudere inceperint Saxoniæ Principes, disceptent, quibus Limnæo p) adhærere placet cum cum ejus adversariis. Nihil hîc nos addimus, quam ipsum eò, quo decebat, modo non hâc saltim, sed & alterâ vice, defuncto videl.



videl. Matthiâ Anno 1619, qvem primûm Vicarius Francofurti cum reliqvis Electoribus 12. ejusdem sec. anno elegerat *q*), ita functum esse Vicariatu suo, ut omnibus, qvæ Saxonico jure utuntur, Provinciis, tanquam provisioni suæ subditis *r*), summa cum curâ prospexerit.

- a) *Savedr. Symb. Pol.* 19. p. 136. b) *Plin. Paneg. Traj.* c. 89 p.m. 157.
c) *Tacit. ann. l. i p. m. 8.* d) *I* 4 c 3. e) *Spen. Syll.* p. 133. f) *Tit* 7.
g) *Sleid. contin.* sub anno 1611. f 1205 h) *Well. Pers* p. 248. i) *Slei. dconst.*
c l. k) *Limn. Obs. ad c. VI. A. B.* p. 278. *Conf. Dn. Conring. Th.* 46. §
47. de Sept. p. 209. 210. l) *Sleid. cont.* p. 1222. sub an. 1612. m) *L. II. c. 9.*
§. XI n. 4. n) *Celeb. Dn. Conr. cit. Th.* 47. o) *Anon. Tr. de Octov. XXII.*
26. p) *cit. l. ad A. B.* q) *Sleid. cont.* 1231. seqq. r) *Horn. O. P.* m. 203.

THES. IX.

Elapsis à Lutheri Disputatione contra Tezelium,
itemq; à traditâ Confessione Augustanâ centum annis
Jubilæa instituit.

Εὐθεσίς.

In memoriam repurgata, religionis utrumq; cum institutum
sit Jubilæum, conjungere eadem fas justumq; est. Rem totam
brevissimis his damus. Exerebant se undiqvaq; Mercatores pur-
puratæ Babylonis, valebat illud Mantuani

— — — *sunt venalia nobis*

Templa, Sacerdotes, altaria, Sacra, Corona,

Ignis, thura, preccs, cœlum est venale Deusq; a)

Saxoniam patebat Tezelius, suasq; indulgentias vendebat ipsâ
impudentiâ impudentius. Harum vanitatem e *Sacro Codice*,
docturus Megalander, Theses quafdam contra eum prid. Calend.
Nov. An. 1517. valvis publ. adfigebat. Irritantur iis Crabrones,
magnoq; in eum feruntur impetu *b*). Wormatiæ tandem (inter-
veniente Friderico Sapiente Elect. Saxon.) sententiam explicare
suam jubetur, sed ea fini, ut omnium exponeretur telis. c) Lis-
deniq; de religione publicis venit ventilanda comitiis; qvibus ex-
hibita est Confessio Augustana augustissima *d*) Anno 1530, die
7. Cal. Jul. qvâ felicior nulla, nulla exoptatior. Qvò itaq; sum-
mum, qvod diebus iis exhibuit Deus beneficium expendatur atten-
tius, devotiusq; ponderetur, summa easdem, celebritate dicto
tem.

65 da



tempore recoli jubet Johannes Georgius. Ægrè id tulerunt. Pontificii, variisq; prosciderunt scommatibus, qvin & minus e). Partes eorum in se veluti suscepit defendendas celeberrimus alias Gramondus ; cuius rationes Reverendus maximè Rappoltus, Vir elogio nostro omni longè major, pro more, i. e. adcuratissime excusit, discussitq; f). Agit qvidem ille contra primum; sententiam tamen haud mutaturus, ad alterum si annorum ordo ipsum deduxisset. Proferremus qvædam in medium, qvibus & nos Electorem nostrum ab istis vindicaremus maledictis, nisi rem decisam esse dixissemus. Licebit tamen, pace Viri Excel lentissimi, aliquas saltim ex ejus scripto rationes excerpere. Negat primum Gramondus g) competere indicendi Jubilæa potestatem Electori gloriosissimo, arrogâsse illum ipsum sibi dum adserit. At seculares Principes suam habere in Ecclesiam potestatem, Dei jussum, communis gentium consensus, piorumq; Principum veterum exempla laudatissima probant h), qvæ Principibus Evangelicis jus territorii habentibus postliminiò quasi (injustè enim Pontificii hactenus usurpaverant) fuit reddita. Sed excipit velut Gramondus: *Rem istam ab hereticis* (sic vocat Lutheranos) *antea usurpatam non fuisse.* Nec antea concedo, nec his ipsis vicibus ita usurpatam fuisse, ut in emulationem Catholicæ Jubilæi, qvod porrò regerit, cesserit. Is perditionis Filius pecuniam ut aucupari aliorumq; loculos exenterare queat, ista Instituit solennia, Principum vero Christianorum nemo alia fini, nisi ad agendas Deo immortali gratias. Qvam ex istis, qvæ so, emulationem probabit Gallus? Nihil emulatione dignum in Pseudo - Jubilæis Pontificum monstrat. Fortassis autem ex eo colligenda veniet, qvod Pontificis Lutheranorum exceperit Jubilæum. Cur non effecit, ut non tum centum anni essent ex quô purgari cœpta religio, cum lustralem illum suum Pontifex, questus magis quam Pietatis causâ celebraret i)? Et nec ipsi si, dato fortè simili casu, in eos hæc stringeretur, consequentia, calculo suo eam firmarent. Absint itaque ut Simias, Psittacos & Hyenas adpellet Lutheranos; Domi qvos habet, cui qvarit foris? Nondum verò satis exagitatum erat institutum Electoris; nummi k) restabant, qvos non reprehendisse nefas ipsi videbatur. At Deus ferre poterat in Siclo nummo Sanctuarii insculptam cum pane Angelorum virgam Aaronis, qvò beneficiorum istis sibi ab eō

eo exhibitorum s̄e p̄ius recordarentur Judæi; Lutheranos, qvod idem audeant, ferre non potest Gramondus. Ad eas, qvas de Indulgentiis ab Anonymo defensis adfert nugas, respondet Thuanus ad annum 1515. l), ubi in istas acriter satis invehitur. Quid ergo dicat maledicus, evincit nihil, demonstrat potius se Pontificiorum erroribus esse dementatum.

a) Dn. D. Dannh. Thaumaf. Luth. c. X. §. 1.3. p. 53. 55. b) Dn. D. Kromay. sub Cent. XVI. p. 573. c) Id. 575. d) 576. e) Testatur namq; Dn. D. Höë dixisse quosdam: Werdet ihr Lutherischen ein Jubel-Fest begehen / so wollen wir mit euch ein Kugel-Fest halten. Vid. Dn. M. Lungwit. adm. div. Sax. L. II. c. 7. p. 43. ubi & celebrit. reperies descriptam. f) Programmat. ad recol. mem. reformat. Anno 1674. in vit. g) Gramond. Hist. Gall. L. II. p. 175. sqq. h) Conf. Dn. D. Krom. Theol. Posit. Pol. art. 20. Th. 3. p. 113. It. Burgold. Notit. Imp. p. II. d. XVII. sqq. i) verba sunt Ipsius Dn. D. Rapp. cit. l. k) Saxonum numisma Frider. nuper Sax. Ducem & Elect. ferebat, ea circum inscriptione Seculum Lutheranum 1617, ex adverso Joh. Georgium successorem in hac circum verba: Verbum Domini manet in eternum. Gram. L. II. p. 177. l) vide verba ipsa in cit. Progr.

THES. IX.

Unioni, qvæ tot passim tumultus dabat, correspondentium licet precibus solicitaretur, non adhæret, re potius pensitatâ Cæsar is ad partes transiens Lusatiam redigit in ordinem.

E'x. Teor. 5.

Composita credebatur in partes veluti scissa superiori seculo religio, Passaviensis Pax cum intercederet. a) Restabant tamen nihilominus, qvæ tumultus dare poterant difficultates haud paucæ, tantiq; ceu videbantur, momenti, ut fœderibus ansam suppeditarent novis. Investigantibus ipsas pro diversa narrantis parte occurruunt diversæ. In Calvinianos tamen maximam ferè culpam transferunt Pontificii. Ajunt enim non inclusos fuisse ipsos Pacificationi illi, exeruisse tamen sese altius multaq; ad se rapuisse, præter fas justumq; b). Inde factum, ut metuerent, ne, qvæ posse fiderent, à Catholicis, sic suos appellant, repeterentur: eaq; propter coiisse inter se invicem. Ab his diversas proponit causas Gramondus; paucis: Conservationem Imperii c). Si non aliâ, hâc certè

C

certe in parte illis hæ præponderant, qvod vulgatæ sint *d*). Illas siqvidem in abditō pectore alias atq; alias non æq; agnoveris *e*), cum Platonem juxta difficultis animi humani conjectura sit *f*). Accedit tamen, qvod omnino sese conjungentibus Imperium vacillare videbatur. Conventum fuisse indictum Heidelbergæ A. hujus sec. *4*. Gramondus refert *g*), accedente fortassis ad ejus sententiam Spenero, qvi *Præludium* qf. qvoddam unionis præcedente *3*. Annò, factum esse memorat *h*). Tùm vero Rudolphus II. senectuti propinqvior res Imperii haud admodùm curabat. Secessibus qvippe interioribus Pragæ se abdebat, vita periculum à Tychone prædictum metuens. Eqvidem non adeò acer Catholicæ fidei vindex, multa Evangelicis, qvæ Pontificii nollent, conce-debat, cum universalem prævideret Monarchiam ab Hispanis intentatam *i*). At verò solitariam ubi selegisset vitam, ipsi & forte Principes Hispanorum ex Vaticanô ortum prævidissent consilium, ne id, uti nec alia ipsô insciô suscepta, in actum deduci possint, vigilare instituunt. Ad qvod propositum magis magisq; excitan-tur, cum Comitia A. 1608. Præside Ferdinando Austr. Archid. habenda, ideo, qvod Pax Religionis confirmanda foret ante omnia, infectâ re dissolvi conspicerent *k*). Qvin & Juliacense negotium, variis ipfos implicat suspicionibus. Prohibentur enim Brandenburgicus & Palatinus à conatu succedendi ultimo Juliaci Duci demor-tuo; mittitur Leopoldus; Archid. Austr. cum exercitu ditiones istas occupatum. Doceatur itaq; licet publicè, legitimo per juris viam investigando successori occupatas reservari; ita tamen illud factum explicatur, ac si futurum esset, ut ipsi (successuri) hæreditate exclusi ad Austriacos eam devolvi viderent *l*). Taceo alia stimulos ipfis addentia. Hæc verò dum sic geruntur, Rudolphus moritur, cui ut succederet, electus est Matthias *m*). Hujus cum sub auspiciô itidem instituta Comitia nullô ferè peractô *n*) negotio finirentur, majori cum industriâ urgetur fœdus. Tum enim & Catholici inter se uniti fuerant Principes, quo illis insurgentibus ci-tius se possent opponere *o*). Hi *Ligam* velut illi *unionem* suum vocavere fœdus *p*). In illam Moguntinus, Coloniensis, Trevirensis, Ar-chi-Episcopi, Electores, tum Bambergensis, Heripolensis, Salzburgensis, Aichstetanus, Duces atq; Episcopi: In hanc Dux Würtenbergicus, Mauri-tius Landgravius Hassie, Ernestus Onolsbacensis & Fridericus Durlacensis

Marchio-



Marchionis', Christianus Princeps Anhaltinus, aliiq; pleræq; Imperii Ci-
vitates nomina dederant. Designatus etiam utrobiq; Dux. Ibi Maximilia-
nus Dux Bavariae, hic Fridericus Elector Palatinus q). Unioni addit,
Gramondus & Bipontinum, alii alios r): Cum illo Spenerus facit
f). Omissa tamen hinc quædam sunt nomina, quædam minus rectè
adsignata. Duci Wirtenbergico Johanni Friderico nomen erat t),
Bipontino Johanni II. v). Onolsbacensis non Ernestus tantum,
sed Joachimus Ernestus audiit w) Durlacensis non Fridericus
tantum sed Georgius Fridericus x). Nec videmus cur Johannem
Palatinum Rheni Comitem à Bipontino distingvat Gramondus,
Recenset eum inter unitos & Calvisiusy), sed distinctam Bipontini
non facit mentionem: fortassis autem conjunctos esse voluit, licet
signum aliquod eosdem distingvat. Ceterum cum Evangelicos
vocat istos Principes, impripiâ lataq; significatione utatur ne-
cessere est. Calvinianorum n. sunt plurimi. Hi itaq; omnes firmiori
vinculô inter sé conjuncti in societatem hanc adsciscere tentant
Saxonem z). Causæ paritatem, quâ eum commovere ipsos vo-
luisse, Wattenbergius aa) ait, inter conjecturas numeramus me-
ritò. Certū ceteroquin id est, quod de eō adfirmat, ipsum conspira-
tionem illam detestatum, Imperatori suo fidum stetisse. Optimè
secum ponderat Princeps Optimus, esse quasi duo hæc fœdera, (Bur-
goldensis verba sunt), lapides angulares motuum, in quibus ferè ad interne-
cionem cespitatura sit Germania bb) Prævidet æquissimus Princeps; si vi
ageretur, totam Rempubl. posse pessundari, viam itaq; non tam asperam
querendam esse statuit cc). Nec fecellit eum hæc sui animi senten-
tia, in tumultus namq; desit unio immensos. Scribit ad unitos
Imperator, utq; ab unione desistant monet, idem facturos esse
Catholicos, quos à conventu prohibuerat dd), promittens, mo-
dò recusarent ipsi. Avocari verò à proposito non potuerunt, ni-
hil hostile (sic respondebant ee)) vel adversus Cæsarem vel Impe-
rii Proceres unq; meditati. Idcirco ipse morbis indies grave scen-
tib; & senio confectus de Successore cogitat, Ferdinandumq; in Fi-
lium adsumptum Regno Bohemiæ inaugurarari curat ff). Nec resi-
stunt tūm Bohemi, adplaudentes potius recens coronato Regi, Re-
gni tamen administrationem ante Matthiæ excessum haud capes-
situro. Interea verò dum & Hungariæ coronam ambit, fit ut
templa, quæ magnis sumptibus Evangelici Status extruxerant, di-
ruerent.

ruerentur gg). Indicunt ideo Comitia, nec Cæfare id conante, impedienda. Ante verò questus, de ademptâ religionis libertate, de Ferdinando contra paëtum vivo Matthiâ pro Rege se gerente, de transferendo ad Hispanos regno Bohemiæ, aliisq; publicare hh): qvos conventu habito secuta est Apologia ii). Ut autem tūm injustitiam Clericortim demonstrent Bohemi Majestatis literas à Rudolpho datas, Matthiâ confirmatas prætendunt. Has verò arctius Catholici explicant, qvafsi liberum religionis exercitium fine templis concedi possit kk). Res tandem eòredit, ut ex arce Cæfaris Ministros summos, casu tamen hoc non laxfos, deturbent. Inde novi Directores creantur. Proscribuntur Jesuitæ: qvin ad Bellum & à Cæfare & Bohemis devenitur, magno utrinq; adparatu ll). Componi illud Cæsar mavult, nostrumque Electorem Mediatoris partes gesturum, ut properet, monet. Laborat mm) frustra, qvod illi deponere arma Cæfare adhuc armato nolebant nn). Turbabat hoc Matthiæ animum haud parum, umbram tamen saltim futurorum ostendebat tumultuum, qvos illi demortuo oo) succedens Ferdinandus compescere habebat necesse. Resistunt huic Bohemi, qvemq;ve pro Rege agnoverant semel, jam repudiant pp), ipsiq; Fridericum, jam dictæ unionis caput, sufficiunt, feliciorem fortassis, si Saxonem Bavaramq; imitatus sprevisset amplias hasce ditiones qq). Ut enim regionem bonis moribus alienam ad sapientiam tendens declinet necesse est rr); sic eandem à genuino Magistratu deficientem suscipere, qvi non incedere per ignes suppositos cineri doloso expedit, tergiversetur. Sed, ut solet fieri, à Ministris gloriæ cupidis ad suscipiendam, qvam offerebant Bohemi, coronam instigatur. Consultamus de hoc ipsorum facto Forstnerum Politicorum Principem. Hæc ejus verba sunt: *Magni conatus & præcipitia incepta non sepius ab ipsis Principibus, quād iporum amicis, opes & potentiam inde aucupantibus, procedunt. Fridericus Palatinus Comes, mitissimi ingenii Princeps semper habitus, suorum pravâ suggestione ad consilia sibi & Germaniae universæ exitiosa impulsus esse dicitur. Qvippe majores sibi apud Regem honores spondebant. Jam opes, potentiam, præfecturas, regiam denique fortunam omnes spe devoraverant ff).* Cur verò exitum infelicissimum h̄ic describamus non est, prolixitatem nimiam devitaturi. Vincitur, à Cæfarianis, contorquetur in eum Imperiale fulmen, Electo-

Elektoratuꝝ, Schleusingeusī demum in conventu Electore nostro consentiente *tt*), privatur *vv*). Utut autem primū in neutram ferretur partem Johannes Georgius, Mühlhusano tamen in conventu res ita deciditur, ut ad partes Cæsaris transiens Lusatiam aggrediatur. *Pacis quidem legibus vicinam hanc provinciam potius, quam sanguine volens subjugare injunctam ab Imp. commissionem aperuit, Budissini conventum indixit, ut obedirent amicè monuit* *ww*). Prompto ad pacem populo aliud persuadet Jägerndorffius, vincitur tamen & jure hypothecario primum, dein hæreditariè Joh. Georgio conceditur *xx*). Gratulatur sibi meritò de tām felici Principis successu Lusatia, qvoties ad Bohemos respicit, gratulatur sibi maximè patria mea, Zittavia, qvix iisdem proximè adjacet, Deumq; ut Serenissimum Electorem Fratresq; Dominos Clemensissim. conservet, augeat, devotis precibus veneratur.

a) Brach. Hist. N.T.l. i. p. 3. b) Id. l. c. conf. Epit. rerum German. cuius Aut. Pappum Constant. Cathedr. Eccles. Decanum ex Magnif. Myl. ab Ehrenbach Epist. adserit Burgold. Notit. Imp. p. I. p. 20. n. 33. c) Gram. l. 4. p. 241. d) Id. c. l. e) Brachel. l. i. p. 2. f) Senec. ex Plat. de Benef. L. IV. c. 33. g) supr. c. l. h) Syllog. Gen. Hist. p. 220. i) Piasec. Reb. Pol. p. 259. Burgold. P. i. p. 60. d. 1. k) Calvisius ad not. an. f. 888. l) Piasee. p. 309. Excell. Mencken. in O. P. Horn. p. 207. 234. Juliacens. controv. deduc. m) Conf. Th. 7. n) Sleid. contin. sub anno 1613. p. 1323. seq. o) Brachel. p. 3. p) q) Id. c. l. r) Gram. p. 241. s) Spen. p. 87. t) Spen. p. 187. Wassenb. Flor. Ger. p. 19. v) Spen. p. 87. Calvis. op. Chron. f. 888. w) Spen. p. 149. Wassenb. Flor. Germ. p. 18. x) Spen. 206. Wassenb. 19. y) Calvis. op. Chron. f. 888. z) Wassenb. c. l. p. 20. aa) Id. c. l. bb) Burg. P. I. p. 61, cc) sunt verba Caraff. sub anno 1620. de Sax. vid. B. Dn. D. Hülsem. Panegyr. fun. p. 18. dd) Calvis. c. l. ee) Brachel. H. N. T. L. I. p. 4. ff) Id. p. 5. Calvis. c. l. Epit. R. Ger. p. 7. gg) Calvis. f. 890. hh) Gramond. L. 4. p. 242 ii) Act. Bohem. p. 8. kk) Burgold. Not. Imp. P. i. d. 1. p. 64. ll) Brachel. p. 5. 8. seq. mm) Brachel. p. 9. nn) Act. Bohem. p. 66. Calvis. prolix. p. 894. oo) Brachel. p. 12. pp) Id. p. 13. qq) Gram. præteriisse Saxonem eos ait p. 244. Wassenb. à nostrâ parte p. 27. rr) Sen. l. I. Ep. LI. p. m. 611. ff) ad l. IV. Annal. Tac. p. 438. tt) vid Thes. seq. vv) Brach. p. 63. 79. L. II. H. N. T. ww) Wassenb. p. 40. xx) In Horn. O. P. Excell. Mencken. p. 202.

THES. X.

Comitiis infeliciter dissolutam unionem Ratisbo-

næ excipientibus non interest, ut tamen, qvem dene-
gabat antea decisioni Cæsareæ adsensum daret, tandem
per Ludovicum Darmstadiensem Landgravium efficit
Imperator.

Eukæsis.

Dictum hactenus tam infeliciter cessisse unionem capiti ejus Friderico, ut in ipsum non imperiale tantum fulmen contorqueretur, sed privaretur etiam Electoratu instituuntur, idc A. 1623. Comitia. Frustra expectatur Saxo & Brandenburgicus *a*); Legatos quippe tantum mittebant suos *b*). Licet enim ut ipse obiret, altera invitaretur vice in primis Saxo, qvò de reformatione Bohemicâ, quam disslexerat *c*), componi possent multa, Electoratus tamen translatio, quam meditabatur Imperator, frustra de restitutione Friderici solicitatus, *d*) domi ipsum retinuit. Illud enim consilium approbare non poterat, qvod translationem istam supra Cæsar's potestam esse *e*) non ignorabat. Brachelius has adfert causas *f*): *Metum Invidiae à suæ Religionis adfinibus, Cæsaream potestatis haud debitæ arrogationem, Pacis ratione aliâ componendæ obstacula.* Prima dubio non caret. Si namq; Protestantium metuit invidiam, cur ad Partes Cæsar's publicè transiit? Expectatur ita frustra Elector noster, eapropter, ad rem tandem, qvi convenerant, faciunt accessum. Agitur ante omnia de Friderico, cujus proscriptionem & alii haud immerito non ad solum Imperatorem, sed Electorale collegium pertinere adserunt *g*); Recipiendum potius esse regno Bohemiæ renunciantem culpamq; deprecantem. In id quidem consensurum se respondet Imperator; Electoratum verò non posse non transferri in alium, absentibusq; agnatis, Palatini Bavariæ Ducem. Juri illorum decidendo alia instituenda esse Comitia. Sicq; eadem die, qvâ sup. sec. Maurit. Dux Saxon. 5. nim. Cal. Mart. Maximilianus Bavariæ Dux Electorali dignitate donatur *h*). Qvo peracto negotio de consensu ab Electore Saxonum impletando sedulò Imp. cogitans tandem Ludovicum Darmstad. illi gratissimum eò alegat *i*). Hunc in decidendâ lice de Marburgensi Principatu, qvæ cum Mauritio Cassellensi eidem intercesserat, sibi devinciebat. Dixerat enim pro Ludovico sententiam, cum Mauritius Legi testamentariæ, qvæ contra August. Confessionem in religione nihil mutandum esse statuebat contraveniret. Qvæ contro-



dene-
ndem
efficit

iti ejus
rqvere-
523. Co-
Legatos
et, alte-
nemicâ,
stamen
tutione
n confi-
pra Cæ-
ert cau-
potestatis

i. Pri-
vidiam,
tra Ele-
faciunt
otionem
ectorale
se regno
qvidem
non pos-
Bavariæ
Comitia.
m. Cal.
atur b).
n impe-
tad. illi
Marpur-
tercess-
m, cum
ssionem
· Qvæ
contro-

controversia postmodum resumpta, paulò ante pacem consopita ipsâq; pace confirmata est k). Ibat ad Saxonem Ludovicus ejusdemq; indipiscetur consensum. Qvanquam enim dolebat sua monita haud esse estimata, qvanquam nec externi deerant qui suspiciones intenderent l), Schleusingensi tamen in conventu translationem adprobat m). Sicq;ve infelix Princeps Fridericus documentum mortalibus præbuit, magna negotia facilius incipi, quam terminari, ac consanguineos, socios, fœderatos inania nomina esse, nisi quis propriis instructus viribus resurgere possit. Felicissimus planè Electorum, nisi regnasset r). Ultimum Pacis causâ locum, qui primum post Ecclesiasticos tenuerat in Electorali Collegio tandem recipit n).

a) Brachel. L.II. p. 63. b) Burgold. Not. Imp. p. 1. d. 1. p. 86. c)
Brach. p. 60. d) Burgold. Not. Imp. p. 1. p. 87. e) Ibid. Idem. f) Bra-
chel. p. 60. g) p. 64. sqq. h) Proces. vid. in Theatr. Europ. Tom. I.
p. 725. i) Brach. p. 69. k) Vid. Exc. Dn. L. Menckenius in O.P. Horn.
p. 256. Conf. Burg. ibid. l) Epit. rerum Germ. p. 28. m) Spen.
p. 133. n) Burg. p. 1. d. 1. p. 84. o) Horn. O. P. p. 209.

THES. XI.

Edictô illô Ferdinandi famosô ad fœdus Lipsiæ componendum instigatur.

Enthous.

Victrices ubiq;ve Imperatoris manus animum ejusdem redundunt inflatum tumidumq;, adeò, ut præter Imperii mores non indictis ante Comitiis XIV. Episcopatus & multas alias Prælaturas in sacrificium Missaticum repeteret, Romanaq; Curiae Ministris & Monachis fundos opimos, quos Protestantes maximam Partem in priorem religionem impendunt, restitui juberet a) Tàm inopinam Imperatoris ianctionem quis non magnis motibus exceptam fuisse credat, quis non nova inde apparuisse discrimina cognoscat? Poterat prætendi possessio (quam divinum jus non turbat b) tot jam annorum quieta; poterat disputari pax religiosa, negariq; articulum de cedendis Sacerdotiis à Protestantibus unquam esse concessum. c) His tamen haud ponderatis conditur Edictum illud & Papæ & Episcoporum Germaniæ instinctu, vel potius impulsu d) Papa qvippe pestis Imperii Rom.; ejus superbia omni metâ destituitur; spargere proinde laborat dissidii semina, ut imperii jura ad se rapiat e). Episcopi divites desiderant redditus f), potestatem exoptant ampliorem. Talismodi itaq; consiliis dant ope-

operam. Varia qvidem excogitantur media , qvibus illa averti possint. Johannes Georgius N. cum Electore Brandenb. ad generalia Imperii Comitia rem tantam referendam esse censet. Sed mitit Imperator per omnes Circulos , qvi rem effectui darent g). Jactavit tūm Hispanus Orator apud Cæsarem inter amicos s̄apius : *Æquō longiores esse Germaniae Episcoporum togas , ideoq; ressecandas h).* Qvam verō ressecandi rationem inibat Imperator deprecari incipiunt Protestantes. Id a. responsi tulere : *De Edictō suō & restituitione Bonorum Ecclesiæ rem non amplius esse controversam, sed decisam i).* Ratisbonensia itaq; ve Comitia non sanārunt, sed patefecerunt magis imperii vulnera k). *Plurimum sane tūm in istō fervidō Imperii statu communis patriæ salus neglecta : Edictum illud si aut nunquam publicatum aut statim revocatum fuisset , in partes nunquam esset scissa Germania. l)* Sed qvoniam urgebatur tantoperè , conveniunt Lipsiæ Protestantes. Nihil ibi de vindictâ m), sed de transactione qvoad Ecclesiastica Bona Catholicis restituenda agitur. Consultatur tamen etiam, qvī rigori, si fortè non intermittatur, tandem resistendum. *Nemoen. celerius opprimitur, quam qui nihil timet, & frequentissimum calamitatis initium securitas n).* Decernitur verò à congregatis qvenlibet transactioni præfixum obeundum esse conventum , suspensâ prius Edicti executione, Augustâq; in libertatem religionis restitutâ ; Exercitum Cæsaris esse deducendum , militem, si hæc fortè frustra peterentur, conscribendum. Ne verō *inutile sit multorum Imperium o)* ex omni numerô paucos , qvi rem dirigant, eligunt p). Hos inter Saxo , qvi Cæsari & Catholicis Electoribus de conventu sollicitis , qvid in eō actum fit , perscribit , discordiisq; consopiendis ut studeat precatur. *Quid præstiterit insecutum ostendit Bellum.*

a) Burgold. P. 1. p. 1000. b) Ferdin. divini juris esse bona in Edict. ait, ideoq; restit. Burgold. P. II. p. 74. c) Brachel. p. 152. L. III. d) Burgold. p. 1. p. 105. e) Id. P. I. p. 3. f) Id. P. II. p. 72. g) Brachel. p. 153 l. III. h) Burgold. p. 1. p. 106. i) Brachel. p. 166. k) Id. c. l. l) Burgold. P. 1. p. 112. m) Wassenb. p. 239. n) Florim. Ac. Pol. III. c. XIV. p. 409. o) Id. Consil. Mil. p. 658. p) Brachel. p. 188. sq.

THES. XII.

Bello igitur implicitus Svecum ad partes vocat,
Lipsiam recuperat, Pragam expugnat, Silesiam debellat, triumphatq; passim.

Ex 905.



Ἐνθεος.

Dum Lipsiæ res curant suas confederati, Svecorum Rex Gustavus Adolphus, virtute nulli haec tenus secundus, religioni libertatiq; Germanorum tantum non oppressæ subsidium latus *a*), Legatis privatum missis ad bellum ipsos acrius excitat. Noster autem Sereniss. Elector sic se gerit, ut Regi quidem amicitiam adprobet, nullam tamen inimicitia speciem Cæsari ostendat *b*). Sæpè enim expedit Reipubl. jus suum non statim bellò persequi, sed præstolari opportunas persequendi occasiones *c*). Præfertim cum defensio non offensio juttiā bello alicui tribuit *d*). Ut ut verò nihil agat contra Cæsarem, fœderi renunciet, militesq; recipiat Cæsareos nihilominus jubetur. At longè aliud sincera religionis cura poscebat. Verisset modò contra Svecum arma sua, devicisset eum, dubium non est, exposuisse ipsum libertati reformationis, qvi Episcopis cederent, subditos. Ne itaq; coactioni, profecto haud probandæ *e*) conscientias suorum redderet obnoxias vim deprecatur. Nihil mortatus preces Tillius Martisburgo, Naumburgo, Cizâ *f*) expugnatis Lipsiam contendit, exemplo Magdeburgi territam ac proinde ad dditionem propensam. Factis igitur pactis egrediuntur Saxoci, ingrediuntur Cæsariani, qvi etiam à timido, cui concredita erat, Vopelio, simulac poscebant, in arcem intromittebantur. *g*) Jam ut Sveco vires sociaret & consilia Elector, imperat defensio. Id ne verò licebat? Qvin imò; alia enim ut omittam, non illegitimum fuisse hoc bellum, condendo legitimam pacem *h*), ipse Imperator demonstrat. *Jus quippe Pacis non habet nisi qui & belli habeat i*). Suscipitur bellum *maxima* proinde rerum momenta aggredienda esse videntur, qvò parcatur temporis, militi, impensis *k*). Eapropter ad certamen Lipsiense Elector, invito Comite Gustavō Adolphō *l*), properat. Præsagit qvafsi victoriam *m*), candida vexillo cuidam Saxonico insidens columba; Cæsarianis cladem *n*) habitus intra vespillonis ædes à Tillio Senatus militaris prænunciatur. Ceterum placet hâc de pugnâ illud Anonymi: *Cladem accepisse Tillium etate nostra maximè memorabilem, quæ omnem Catholicorum fortunam superiorum temporum proventu jam penè oblitarum sui uno momento evertit, seroq; admonuit, quanto consultius sit civiles victorias maturatâ pace finire o*). Ne verò illum illud de Hannibale dictum quadret, vincere scis, victoria uti nescis; pergit ad recuperandam Lipsiam. Inde Pragā ut expugnet, festinat, Silesiæq; varia occupat loca *p*). Suas eqvidem invadunt Cæsariani

D

ditio-

Ἐνθεος.



ditiones denuò, at repelluntur feliciter. Lützen siq; præliô penitus
vincuntur q). Merito igitur summam ubiq; laudem gloriamq;
consecutus est Serenissimus Elector, qui non duas tantum, ut A-
thenienses r), sed hinc inde varias nactus viatorias felicissimè
triumphavit.

- a) Validiss. hanc fuisse causam Becm. in hist. Orb. Geog. & Civil. c. VI.
p. 374. b) Brachel. p. 189 190. c) Boxhorn Instit. Polit. p. 233. d) Tale
bellum Electorum contra Cæs., Cl. Weis. Disp. alt. de Princ. eorumq;. Jur. Th. 72.
e) vid. Praecellentiss. Dn. M. Rechenb. Spectatiss. hod. Decani, Disp. de Viol.
relig. propag. f) Wassenb. Flor. Germ. p. 258. g) L. Schneid. Chron.
Lips. L. VIII. p. 436. h) Schürz. vol. 2. Disp. 13. Th. 2. i) Id. cap. 1.
k) Boxhorn. Instit. Polit. p. 258. l) Brachel. p. 200. m) Id. p. 201. n) I-
bid. o) Epit. rerum Germ. p. 100. p) Chron. Lips. p. 438. Brach. p. 203.
q) Id. p. 222 sqq. r) Cornel. Nep. 2. 6. 3.

THES. XIII.

Pacis acceptat negotium, Pragæq; illud cum Cæ-
fare, cum omnibus, qvæ interfuerant, partibus Mona-
sterii tractat.

Ex. 9. 10. 11.

Interest societatis humanae bella finiri aliquando. Si enim interest Reipubl.
lites privatorum aliquando finiri, interest etiam societatis humanae publicas fi-
niri dissensiones a). Qvamvis itaq; arrideret fortuna Serenissimo E-
lectori, prudenter tamen secum, qvam facile in adversam mutari
posset, cogitabat. Namq; non sine ratione veteres alatam finxere vi-
ctoriam, Martis qvia ancipite fortunam, nunc huc, nunc illuc, velut
avolantem sciebant b). Cum eapropter non saltem ipse Gustaphus
Adolphus morte, nondum satis exploratâ c), Lütizam propè obi-
isset, sed & reliquæ ejus copiæ ad Nordlingam cæsæ essent d), fini-
ri & sua tandem bella ac æquas Pacis conditiones acceptare se posse
credit, futurumq; sperat, ut interea pristinam Germaniæ liberta-
tem adserat. Equidem displicuit hæc extraneo militi, displ' cuit va-
riis Blateronibus e). Inde hi in eam prostant versiculi f):

Praga atrox orbi quæ protulit impia bellum,

Qvō paciō pacem redderet illa bonam?

Scripsisset melius eorum Autor:

Nonne etiam pacem reddet amica bonam?

Sed, ut sunt mortalia, minus ex votos illa res cessit. Nam Svecis
à tractatione pacis exclusis arma porro placuerunt, qvæ non in-

Cæsarem

penitus
loriamq;
n, ut A.
elicissimè
vil. c. VI.
d) Tale
jur. Th. 72.
b. de Viol.
d. Chron.
Id. cap. 1.
n) I-
ch. p. 203.

um Cæ-
Mona-

st Reipubl.
publicas fi-
ssimo E-
mutari
nxere vi-
uc, velut
astaphus
ropè obi-
d), fini-
e se posse
e liberta-
cuit va-
):

Svecis
non in-
ç farem

Cæsarem tantum sed & in ipsum Electorem verterunt. Et infelicia fuere eadem Saxonibus. Bis namq; cæsi, pluraq; ab his, qvam à Cæsarianis qvondam passi. Ut enim adamas, Wassenbergii g) verba recito, si frangi contingat malleis in minutissimas dissilit crustas, adeò ut vix oculis cerni queant: ita arctissima necessitudo, si quando contingat dirimi, in summam vertitur similitatem & ex arctissimis fœderibus, si semel rumpantur, maxima nascuntur dissidia. Victores eqvidem aliquando existebant Saxones: sed inflammabatur magis hâc clade Bannerius, veluti Samnites olim ipsa clade animosiores fiebant h). Diu hinc inde Bellum propagatur, mox Pomeraniam, mox iterum Misniam, mox Bohemiam miserè adfligens i). Deo verò tandem adjuvante omnium votis expetitum amabile pacis fœdus Monasterii & Osnabrugis A. 1648. feliciter initur. Maxima tunc tandem remota impedita, mutuæ suspiciones, qvæ timentes timeri faciunt, sublatæ erant. Merito igitur adplices illud:

Tantæ molis erat Germanam condere pacem k).

Neq; verò hæc tam exoptata pax suis destituta erat osoribus. Laudanda eqvidem Principum effata sunt, qvibus cœlitus missa, qvibus spei plena optimæ audiit. Fuere tamen qui eidem reclamarent, non pauci. Hos inter Episcopus Osnabrug., qvin ipfe Pontifex l). Taceo scriptores passim idem agentes m). Verùm in hos omnes quadrat egregium Comitis Servientii, Regis Galliæ Plenipotentiarii, dexterum: Faveat Deus conatibus nostris & disperdatur, qui cupid bellum n).

a) Boxhorn. Instit. Polit. p. 229. 249. b) Bugnot. not. ad Barçlaj. p. 249 c) disceptant enim script. Lege namq; Brachel. p. 223. & Wassenb. p. 311. res certa erat. d) Id. p. 345. e) B. Dn. D. Hülsemanni. Orat. Fun. p. 19. f) Burgold. P. I. p. 130. g) p. 357. h) Flor. 1. 16. 7. i) Wassenb p. 258. seqq Epit. rerum Germ p. 148. k) Burgold P. I. p. 145. l) vid. vindic. Lud. de Monte Sper. §. 6 p. 13. m) Cl Weis. Disp. II. de Jur. Princ. Th. 71. n) Burg. P. I. p. 145.

THES. XIV.

Qvieti deniq; redditus A. 1656. 8. Id. Octobr. è vitâ hâc placidè discedit, vivit tamen in virtutibus, vivit in hæredibus.

Eκ Γεοργ.

Non tam mori videbatur quam dulci & altô sopore excipi Antonius Pius a). Historiam mortis, qvâ Johannes Georgius noster vitam hanc finiit, si expendas, quam placidè ille, quamq; beatè miserà

miserâ ex mortalitate discessit? Non cruciatu ullô adfligebat corpus, sed silenti tantum peste depascet succum vigorem q̄, ejus infirmitas b). Ut corpus, ita anima doloris expers erat omnis. Redibat in mentem perpetuò, qvod totam per vitam in ore gesserat, Symbolum de Christo vita suo Scopo. In hunc beata siebat animæ à corpore solutio, illamq; ad beatissimas transferebat sedes c). Sic recessit à nobis tantus Princeps. Sed non recessit totus d). Vivit in virtutibus nunq; satis extollendis. Non de Pietate erga Deum, qvam religionis cura sat probat e), non de aliis Principem exornantibus f) dicemus prolixè virtutibus: adducemus saltim, qvæ qvidam de eo confessus est ac professus adversari⁹, Fridericus Fornerus, Hebronensis Episcopus. Salutat eum: PRINCIPEM PATRIÆ AMANTISSIMUM, JUSTITIÆQ; STUDIOSISSIMUM, VERUM ISRAELITAM, IN QVO NON EST DOLUS g) TANTÆ CŪ PRINCIPEM NOSTRUM condecoraverint virtutes, qviā miremūr vivere eū adhuc in virtutibus, animis omnium impressis. Vivit v. & in HÆREDIBUS SERENISSIMIS CELSISSIMISQ;: In JOHANNE GEORGIO II, qvem DIGNISSIMUM in ELECTORATU SUCCESSOREM reliquit; In AUGUSTO, GERMANIAE PRIMATE & ARCHIEPISCOPATÙS MAGDEBURGENSIS; In CHRISTIANO, EPISCOPATÙS MARTISBURGENSIS; In MAURITIO, CITIENSIS ADMINISTRATORIBUS POSTULATIS, Almæ hujus Nutrichis CLEMENTISSIMIS, omniumq; ditionū Ipsiſ subiectarū ASYLIS CERTISSIMIS unicè SUSPICIENDIS. In his agnoscitur satis JOH. GEORG. I. In his Ipse cernitur & stenetur h). Faxit Deus ut cernatur atq; teneatur diutissime: Cui soli Laus sit atq; Gloria.

- a) Verul. de Augm. Scient. l. 4. f. m. 108. b) Buchn. Orat. Fun. V. p. 171.
c) vid. Weller. Pers. a p. 279. d) Ex Ambros. B. Dn D. Hülſ. Fun. Paneg. f. 20.
e) vid. Lungvit. L. i. c. 11. Et tot. fer L. II. Sc. f. vid. Dissert. Dn. D. Strauch.
de Virt. Princ. g) Dn. D. Hülſ. c. l. f. 9. Dn. D. Well. Pers. p. 269. h) It. ex Ambr.
ap. B. Dn. Hülſ. f. 20.

Ἐπιμέτρων

1. Germanos veteres Druides habuisse, qvi rebus divinis præfuerint, & studuisse sacrificiis certum est, contra Cœf. Comm. de B. Gall. p. m. 109. 2. Alexander Severus non est Imp. Christianus contra Baronium, Bucherium &c. 3. Philosophis communiter creationem, per productionem ex nihilo, definitibus sententia de materiâ quasi qvâdam præexistente in spatiō aliquō imaginariō malē adscribitur. Contra Benedict. de Spinoza ap pend. p. II. c. 1. p. 127. 4. Jus naturale uniuscuiusq; hominis non sanâ ratione sed cupiditate & potentia determinari absurdum est. Contra eund. Tract. Theol. Polit. c. 16. p. 176. 5. Exitiale esse populo, qvi sub Regibus non conservavit vivere, qviq; iam leges conditas habet, Monarcham eligere: nec minus periculose Monarcham è mediō tolle: e, tametsi omnibus modis constet eum tyrannum esse, idem tamen bene adserit Tract. Theol. Pol. c. 17. p. 212.

rpus, sed
Ut cor-
n perpe-
risto vi-
illamq;
Princeps.
xtollen-
robat e),
tutibus:
ssus ad-
tat eum:
SSIMUM,
ū PRIN-
ivere eū
n HÆRE-
II, qvem
UGUSTO,
ENSIS; In
IO, CITI-
UTRICHIS
LIS CER-
G.I. In his
diutissi-

i. V. p. 171.
ineg. f. 20.
. Strauch.
ex Ambr.

& studuisse
Alexander
3. Philo-
tentia de-
itur. Con-
iuseuiusq;
est. Con-
ub Regibus
: nec minus
aflet eum

112,



3





splendidior pr
 ut *Natalium* spl
 est b) eqvide
 cupiditatem p
 domestica, qve
 dignissimè inf
 de Johanne G
 ptima sperant
 Eturus erat, ta
 vent lites erud
 riò ipsam d)
 ginti tres, sic
 Communisq
 f) sortita. A
 minum Conri
 miliam ex sti
 adserit g).
 bus denegant
 hilò secius a
 manicarum m
 saltim à Nof
 tem. Alber
 tonicus *Hector*,
 egregiè gesta
 qve Fratrem
 qve, Imperat
 Laurentius F
 Magnanimita
 quidni incal
 futurum mo

a) *Hore*
stica dignius i
Dedic. Conf. v
Obs. V. d) à
Limn. P.I.L. I
Elect. Emin. c.
XI. §. XI. p. 3.



im fieri possit,
 mii adfertum
 tius laborum
 atot profapiæ
 onantur, qvin
 us ponderatis:
 tò, nil nisi o
 , qvam adau
 tiquitate mo
 qvin & Artha
 c ad illum vi
 nt gradus e).
 litionis nomen
 Qvos inter Do
 imam hanc fa
 ò dici posse
 id adfirmanti
 ut potest, ni
 m omnium Ger
 el in proximis
 cere celebrita
 ufdam ille *Teu*
i dexira, ob res
1, Avum, Avi
m Augustum
e nobis fistit,
iox cernemus
um adspectum,
aud absimilem
 . 1160. c) dome
 nd. verba sunt in
 d c. XXX. §. 2.
 end. dat in enucl.
 Sing. Seren. Sax.
 llustr. famil. Diff.
 enerus Syllog. Ge
 neal.